ACAD.
LUGD.BAT.
BIBL.

Ad corollas istas, Vir Nobilissime & Prudentissime, quibus & Parens & filius vestibulum Ockerburgicum decorastis, grates pro modulo & mea lance rependi, quas ad manus vestras pervenisse credo, usus, aut abusus amicae nostrae operâ cui tabellas nostras subinde committimus. Nunc vide factus sujus non unguem, sed bonam ejus partem, ut, si otium tibi est hac percurrere, vides quibus fortibus serta tua suspenderis. vide & versiculos operi suo inter praeludia praemittendos & ignosce triumphanti poetae qui suis indulgens somnys te sibi & vadem & vindicem facit. Tu modo vadimonium ne desere nisi te male audire malis, neque patrocinium, nisi me. Quaterniones si, ubi legere illos libuerit, quaeso Sue reddant, ut & illis alios jungam qui restant excudendi. Vale & me porro dignare tua benevolentia.

In Ockenb. x. Calend. Mart. cIↃ IↃCLIV.

Nobilissimi nominis tui
observantissimus

Westerbaen

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Westerbaen) 20
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5331

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Westerbaen) 20
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5331

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Westerbaen) 20
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5331

Myn Heer

Myn Heer van Zuÿlichem